



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

14. Dominica 1. Epiphaniæ. Deus Incarnatus exemplum obedientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Conf. 2. Ideo mihi illum bene velle, quia est medicus ad sanitatem, dives ad opulentiam, fons ad satietatem, omne bonum, ad sui communicationem mihi praestandam. Haec est causa cur de caelo descenderit.

Conf. 3. Ideone ego ad Deum accedere nolo, ne saner infirmus? ne ditescam egenus? ne siti tabescens satier? ne omni bono replear destitutus omni bono? si aliam causam meliorem assignare nescio, vel mente careo, vel fide, Deum sequi nolens. Iterabo colloquiū medic. 5. & 8. factum, rogaboque conformari DEO meo: quod fiet, si fuero 1. ejus sapientiam imbutus. 2. amore donatus. 3. opere perfectus. 4. patientiam roboratus. 5. Perseverantiam completus.

MEDITATIO XIV.

Dominica 1. Epiphaniae.

Deus Incarnatus exemplum obedientiae.

Aspiciam **D**IESVM **O**bediend**O** **M**ARIAE & Iosepho vitae Evangelicae tirocinia penitentem. Petam lumen, & gratiam eum imitandi.

Conf. 1. Obedientiam esse promptam hominis voluntatem ad implendam voluntatem alterius, scilicet praecipientis.

Conf. 2. Incitamenta ad Obedientiam 1. quia est janua charitatis in Deum, & ad omnes virtutes, earumque sine ullo errore perfectio.

fectionem. 2. quia obedientia homini pre-
 stita propter Deum est major, majoris que
 moris Dei, quam obedire immediatè DEO
 quod licet ex parte objecti sit nobilius, illu-
 tamen ex parte subjecti est præstantius: quod
 bene sequitur: Obedit homini propter Deum
 ergo magis obediet DEO: non autem e con-
 trario, ut constat experienciâ. Sicut igitur
 major est virtus servire pauperi, quam ser-
 vere Christo, sic & obedire homini plus vir-
 tutis requirit: DEVS autem magis am-
 quod est virtuosius. 3. Nihil sub Sole homi-
 stius, utilius, & delectabilius est homini, quam
 dare gustum DEO, posse mereri apud Deum
 Christumque imitari, Deo Patri semper ob-
 dientem, statim ab incarnatione, quando
 ingrediens in mundum dixit, Psal. 39. *Et
 venio, ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Mu-
 di redemptio fuit opus excelsum, non tantum
 propterea venit Filius Dei, sed quia Pater vo-
 luit. 2. In utero obedivit edicto Augusti-
 ni. In circumcissione, ut nobis obediendi virtu-
 tem commendaret, inquit Beda. 4. In Puri-
 ficatione, ubi juxta S. Cyrill. Legis conditio
 sicut Deus, legem custodit ut homo. 5. In
 fuga in Ægyptum & reditu. 6. Hodie, sub-
 iiciendo se Parentibus usque ad annum 21
 & adhuc sacerdotibus in consecratione ve-
 nerabilis obedit, sæpe deterioribus Caspianis
 sumiturque a peioribus.

Co
 velin
 DEI
 respe
 est D
 ex co
 lim p
 etian
 confi
 do,
 quã
 perfe
 tate
 tatio
 Euc

A
 C
 ra de
 stare
 ne v
 rum
 priv
 met
 Uni

Con

Conf. 3. Quibus odijs inobedientiam velim persequi? 1. eam, quæ est respectu DEI, & Superiorum. 2. respectu rerum. 3. respectu mundi: quia suprema inobedientia est Deo in levibus, intolerabilis autem, quæ ex contemptu. Deinde quibus amoribus velim prosequi Superiorem etiam errantem, etiam malum, resque à Superiore præceptas, consilia, inclinationes ad ardua? quòve modo, quâ voluntate, & judicij subjectione, quam promptè, fortiter, humiliter, celeriter, perseveranter: & quo fine, atque conformitate cum DEO, reverentiâ, gratitudine, imitatione Christi, docentis admirabilem in SS. Eucharistia obedientiam, atque exercentis?

MEDITAT. XV.

Feria 2. Domin. 1. Epiph.

De obediendi necessitate.

Aspiciam D. IESUM viam obedientiæ præeuntem. Petam eum imitari.

Conf. 1. Necessitatem obediendi ex natura deduci humana, quæ sine societate consistere nequit, societas autem sine conjunctione voluntatum, & hæc sine unione iudiciorum non consistit: sicut nec inter eos, qui privatis commodis facta, consiliaque suametuntur, humana societas est durabilis.

Unì igitur alicui è primis gubernatio dan-

B

da,